

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Band: 68 (1913)

Artikel: Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1313-1362. Band 2

Kapitel: Urkunde Nr. 350 bis 359

Autor: Liebenau, Theodor von

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-117253>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 07.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

premissa possemus venire, quouis ingenio vel colore. Et in euidenciam, robur et testimonium | omnium premissorum sigilla nostra vna cum sigillo domini Lütoldi predicti presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domini M^oCCC^oXX. primo, feria secunda infra octavam pentecostes.

Von den Siegeln des Comthurs und des Magister Johann zu St. Peter (Bild von St. Peter und Paul) in Basel finden sich dürftige Fragmente, das Siegel Lütolds fehlt ganz.

Gedruckt im Geschichtsfreund VII, 175.

Nr. 350.

1321, 23. August. Maschwanden.

Graf Eberhard von Nellenburg verkauft den Hof Ober-Rifferswil an die Abtei Kappel.

Unter den Zeugen: Herr Marquard von Baldegg, Chorherr zu Münster.

Archiv Cappel. Kopp, Gesch. IV, 2, 278.

Nr. 351.

1321, 13. Oktober. Münster.

Johann von Winon vergleicht sich mit dem Stift Münster über Ausrichtung des Leibgedings von 40 Malter beiderlei Gutes.

Pateat tenore presentium vniuersis, quod ego Johannes de Winon, qui ab honorandis dominis — — preposito et capitulo Ecclesie Beronenfis, habeo precariam siue annuam pensionem, que uulgariter dicitur ein Lipgedinge, ratione cuius predicti domini mei quadraginta Malta vtriusque grani Mensure Thuricenfis in singulis annis pro vite mee tempore soluere et assignare tenentur, recepi in eadem precaria certam summam pro qua mihi per quinquennium a data presentium inchoandum singulis annis triginta Maltera dicti frumenti dicte mensure debent a predictis quadraginta malteris defalcari, sic quod idem domini per dictum quinquennium ad soluendum mihi

tantum X maltera ratione dicte precarie annis fingulis teneantur. Et in evidenciam premifforum quia figillum proprium non habeo, presentes litteras, quarum etiam copiam referuavi, tradidi eisdem dominis Sigillo honorandi domini Jacobi de Butinkon, Beronenfis Ecclesie Thefaurarii confignatas. Datum Berone, anno domini, M^oCCC^oXXI^o, feria tertia ante feftum beati Galli, Indictione quinta.

Liber crinitus fol. 21, b.

Im Jahrzeitbuch von Schwarzenbach steht fol. 91 folgende ergänzende Bemerkung: Johannes de Winnon, nobilis, vendidit capitulo ecclesie Beronenfis advocatiam, villam, homines et omnem proprietatem totius ville in Swarzenbach in modum precarie. Ita, ut capitulum dictum daret ei ad dies vite sue omni anno XL maltera eque thuricenfes et omnes census in predicto Swarzenbach ad cellare pro nunc pertinentes adiectis etiam certis condicionibus, ficut in litera habetur et etiam copia in dem geharen buch. Et quod capitulum de eadem advocatia daret | malterum avene vogtyg haber, vulgariter dictum pertinens der obern Herfchafft five Herlikeit alder dem landtgrauen. Et quia onerosum videbatur dicto capitulo quandam filvulam de fagis liberam, vulgo die Egg dictam habente sub banno laycali interdictam infra limites diftrictus dicte ville Swarzenbach constitutam, nullam vel paucam utilitatem capitulo ferentem, ideo predictum capitulum ipfum malterum avene ipfis colonis dividebat inantea folvendum fecundum quantitatem bonorum et scopofarum, vt videlicet qui plures haberet et coleret scopofas plures howones (huoben) inde ferre deberet in fublevationem dictam avene.

Nr. 352.

1322. In der Kirche Sursee stiften Jahrzeiten: Arnoldus dictus Trutmann, ministerialis prepositure, Beronensis und dessen Sohn Volricus, Scultetus in Arow.

Jahrzeitbuch Sursee, Geschichtsfreund XVIII, 167.

Nr. 353.

1322. Münster.

Verzeichnis der Bücher des Münsterer Chorherrn Magister Wernher von Woleshofen.

Summa pretii librorum, venditorum, quinquaginta IX marcas. In nomine Amen. Notandum quod sub anno domini MCCCXXII Ego Magister Wernherus de Woleshouen, canonicus ecclesie Beronensis venditis aliquibus libris meis, comparatis et scriptis mihi in Constantia, videlicet.

Digesto veteri codice et volumine cum apparatu a curso ordinario, magistro quondam dicto Pfefferhart XXII Marcas.

Item Biblia quondam R. Cantoris empta pro X Marcis argenti et vendita a me domino Hugoni de Wartenfels similiter pro X Marcis.

Item summa Domini Ostiensis vendita Magistro Jo. de Glarona pro VIII Marcis.

Item summa domini Azonis, vendita eidem Magistro Jo. de Glarona predicto pro V Marcis;

Nec non missis domino decano Basileensi Lectura domini Ostiensis et apparatu domini Innocentii, per quem dominum Decanum lectura Ostiensis vendita fuit pro XXX libris Denariorum Basiliensium, licet longe plus valeret.

Item aparatus dicti domini Innocentii venditus fuit per eundem pro XII libris denariorum Basiliensium, licet de VI libris plus valeret tunc temporis quam una estimatione.

Facta ratione de reliquis libris meis et estimatione, inveni volumina subnotata:

Primo presentem textum decreti, qui textus est monasterii Heremitarum et illi restitui debet statim post obitum meum et valet II Marcis argenti.

Item librum decretalium cum apparatu ordinario valentem IV Marcis.

Item apparatus decretorum in (quaternis)? bene ligatum et correctum valentem II Marcis.

Item librum codicis valentem V libris denariorum Thuricensium.

Digestum vetus valens III libris.

Digestum novum, tantundem.

Item Repertorium cum lectura decretalium et constitutionibus synodalibus valens III Marcis.

Item apparatus Magistri Andree valentem V libris.

Item duas summas domini Gottfridi valentes II Marcis.

Item apparatus Johannis Monaci super libro sexto decretalium valentem II Marcis.

Item librum Isidori, extravagantes, statuta synodalia et Albertanum cum summa dictaminis in uno volumine, valentia II Marcis.

Item librum obtentorum (autenticorum?) valentem I Marca.

Item liber Tullii in retoricis necnon Rubrice totius Juris cum libro distinctiorum florum juris canonici, Magistri Johannis de deo.

Item Cavillationes Johannis de deo.

Item cum libro penitentiario nec non summa correctaper Magistrum Rudolphum de sponsalibus.

Item liber de adventu domini cum libello Johannis de deo et questionibus per eundem cum multis aliis opusculis bonis in uno volumine, valentia III Marcis.

Item compendium theologie valens I Marca.

Item textus sexti libri decretalium, valens similiter I Marca.

Item Epistole Pauli valentes X solidis.

Item libellus Electionum domini Wilhelmi valens XXX solidis.

Item casus autenticorum et constitutiones Bartholomei valentia XX solidis.

Item tractatus de renuntiatione papae a domino Egidio compositus, valens I lib.

Item Logica domini Alberchti predicatoris valens III libris denariorum Thuricens.

Item Summa Magistri Johannis de Bononia cum formulario litterarum curie Romane et processu iudiciario, nec non tractatu de plantatione arborum cum libellis domini Egidii de libello fugitivo valentia II Marcis.

Item liber vulgaris qui dicitur „das angenge“ valens I Marca.

Item lucidarius valens XX solidis.

Item Cronica fratris Martini valens II Marcis.

Item quidam liber cantionum vulgarium valens X solidis.

Procardicorum in jure civi'i valens X solidis.

Meditationes beati Bernardi valentes V solidis.

Item lectura arboris de consanguinitate cum quibusdam aliis notabilibus valens V solidis.

Item liber sententiarum Magistri Petri valens II Marcis.

Item summa Magistri Thome de Capua valens XX solidis.

Item liber de juris et ficta ignorantia valens X solidis.

Item liber textus Institutionum valens X solidis.

Item liber casuum institute et lectura ejusdem valens XXX solidis.

Item liber de statu curiae cum libro coquinae valentes X solidis.

Item notabilia domini Alberchti cum libro excerptorum de libro thalmut, valens X solidis.

Item distinctiones Petri cum quibusdam aliis videlicet, valentes XXX solidis.

Item duo volumina libri qui vocantur perlistorius (?) quorum uterque valet XXX solidis.

Item breviarium valentem IV libr.

Item duo psalteria valentes X sol.

Item aparatum domini L . . . super tractatu de regula juris domini Bonifacii valentem II libr.

Item principium legende lombardice valens X libr.

Summa estimationis dictorum librorum est XVIII Mar. argenti . . . usualium in Thurego.

Handschrift im Decretum juris can. (fol. num. 154) Einsiedeln; vide: Catalogus codicum manu scriptorum, P. Gabr. Meier, pag. 152.

Gedruckt: Serapeum I (1840) 365—7. Geschichtsfrd. XXI, 137—9. Gottlieb, Mittelalt. Bibliothek Nr. 213. pag. 80—81.

W

Nr. 354.

1322, 22. Februar, Konstanz.

Ablaßbrief des Generalvikars von Konstanz für die Kirche Schwarzenbach.

Nos Johannes dechanus ecclesie Constantiensis, vicarius episcopatus Constantiensis in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica constitutus, Dilectis in Christo vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et etiam auditoris. Tenore presentium declaramus, quod nos cupientes ecclesiam beati Petri in Swarzenbach Constantiensis dyocesis, persequi fauore gratie specialis, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam in hiis festiuitatibus, videlicet natiuitatis, resurrectionis, ascensionis, circumcissionis domini nostri Jesu Christi, epyphanie, penthecostes, assumptionis, beati Johannis baptiste, omnium apostolorum, beati Laurentii, et omnium sanctorum, quorum festiuitas sub vna celebritate veneratur primo die novembris et per octavas earundem festiuitatum in remissionem suorum peccaminum visiterint humiliter et deuote quadraginta dierum indulgentiam in singulis festiuitatibus supradictis et ipsarum octauis auctoritate nobis commissa misericorditer elargimur. In cuius rei testimonium sigillum nostri decanatus presentibus est appensum. Datum Constantii, Anno domini Millesimo trecensimo vicesimo secundo, VIII. Kalendas Marcii, Indictione quinta.

Jahrzeitbuch Schwarzenbach, fol. 95, Stiftsarchiv Münster.

Nr. 355.

1322, 23. April, Zofingen.

Vergabung von Leibeigenen an's Stift Zofingen durch Jakob von Büttikon, Kustos in Münster.

Jacobus de Büttinkon, Thesaurarius Beronensis et Canonicus Zouingensis Ecclesiarum, vniuersis presentium | inspecto-
 ribus, noticiam veritatis subscripte. Noueritis, quod ego dedi
 et tradidi libere et expresse | pleno iure Ecclesie in Zouingen
 Annam uxorem Johannis dicti zem Brunnen; Cuius | in Zouingen,
 cum suis liberis natis et nascituris, qui michi hactenus seruitutis
 debito | fuerunt astricti. Acta sunt hec in Ecclesia Zouingensi,
 presentibus Johanne de Büttinkon, Cantore, | et — — decano
 Ecclesie Zouingensis, Johanne de Ruffinkon, sacerdote, et
 Nicolao de Hochdorf, famulo | meo et aliis fidedignis presen-
 tibus, sigillo meo in premissorum euidenciam et robur signatis.
 | Anno domini M^oCCC^oXXII^o feria secunda post octavam
 Resurrectionis dominice. Indictione quinta.

An der Urkunde hängt in grünem Wachs das spitzovale
 Siegel St. Michaels mit der Wage; von der Inschrift sind
 erhalten die Worte: S' IA. D' BVTTIKO . . . ECCE. BERON.
 Archiv St. Urban.

Nr. 356.

1322, 5. Juli. Münster.

Werner „des Ammanns“ verkauft dem Altar der 11,000
 Jungfrauen eine Schupose in Seon.

Nouerint presentibus vniuersi, quod nos Wernherus dictus
 des Ammanns et Berchta uxor sua, vnanimi | voluntate ven-
 didimus presente et consentiente Johanne Trütschino; fratre
 dicte Berchte, discreto | viro domino Gerungo de Sekingen,
 Canonico Ecclesie Beronensis, ementi ad aram vndecim milium
 | virginum in Capella sancti Galli Berone constructam, Sco-
 posam sitam in Seon, reddentem | nomine census ratione pro-
 prietatis eiusdem Scopose annis singulis tres Modios tritici
 Thuricensis | mensure, quam colit Heinricus dictus Berentales,
 pro viginti sex libris denariorum | monete Zouingensis, quos
 omnes in vsu nostro recepimus numeratas; verum quia ego
 Berchta | et Johannes frater meus predicti sumus Hartmanno
 et Marquardo de Rinach, fratribus, filiis | quondam domini

Vlrici de Rinach, Militis, iure feruitutif altracti, igitur habundancioris | causa cautele ipforum requifiuimus et obtinuimus in premissa venditione confensum. Et in euidenciam | et robur premissorum presentes litteras Sigillo predicti domini Hartmanni petiuimus et obtinuimus | roborari. Ego quoque Hartmannus predictus venditionem predictam, de consensu meo et Marquardi | fratris mei factam, nomine vtriufque approbo et confirmo presentibus; sigillo meo signatis. Acta sunt | hec Berone, presentibus Petro de Bofwil, Berchtoldo de Sekingen, sacerdotibus, Johanne Trütschino | predicto, Eberhardo Löper, Rüdolfo Zouinger, Johanne Chramer, Petro et Johanne dictis Talhein | fratribus, Johanne dicto Wallifer et aliis fidedignis. Anno domini M^oCCC^oXXII^o, craftino post | festum beati Udalrici. Indictione quinta.

Das kleine schildförmige Siegel Hartmanns von Rinach hängt.

Nr. 357.

1322, 15. Juli, Münster.

Vergabung eines Gutes in Wile an den St. Gallus Altar durch Rudolf Eichorn.

Nouerint vniuersi, quos nosce fuerit oportunum, quod ego Radolfus dictus Eichorn | compos mentis et sanitate corporis constitutus in remedium anime mee | et parentum meorum bonum situm in Wile, quod colit Hugo de Wile, | reddens annuatim VI. modios spelte et V. modios auene, soluens | sub annuo censu ad cameram Beronam | denarios, tradidi ac donauit altari beati Galli, | donans plenariam potestatem prebendario eiusdem altaris concedendi et instituendi dictum | bonum. Hac adiecta conditione videlicet, quod prebendarii eiusdem capelle, scilicet sancti | Galli ac XI milium virginum medietatem dicti census post decessum meum libere | consequantur; alteram vero medietatem dicti census prebendarius sancti Galli supradictus | in die anniuersarii mei inter reliquos prebendarios equaliter diuidat cum effectu. | In cuius rei euidenciam Sigillo Reverendi domini Jacobo prepositi Ecclesie Beronensis | obtinui

presentem litteram roborari. Nos vero predictus prepositus prefate Ecclesie | ad petitionem Rūdolfi et dictorum prebendariorum in premifforum euidenciam Sigillum nostrum | duximus presentibus appendendum. Datum Berone anno domini M^oCCC^oXXII^o. Idus Julii. | Indictione quinta.

Das Siegel hängt beschädigt.

Nr. 358.

1322, 30. Nov. (?), Augsburg.

König Ludwig verleiht dem Domherrn Konrad Schaler von Basel eine Kanonikat in Münster.

Anno Domini millesimo trecentesimo XXII^o in die aduentus Domini annotate sunt in Augufta preces primario infra-
fcripte, que date sunt per dominum Ludovicum regem Romanorum, regiftrate per Bercht(oldum) no(tarium).

Primo in Münster in Arngew pro Chunr (ado)dicto Schaler can(onico) Bafilienfi pro can(onicatu) et prebenda.

Regefta Bertholdi de Tuttlingen, Notarii regis Reichs-
archiv München, Liber Privilegiorum T. XXV, fol. 126.

Urbar des Jahrzeitbuches.

Nr. 359.

c. 1323.

Isti sunt census pertinentes ad anniversaria in Ecclesia Beronensi per circulum anni celebranda.

Primo in Berona de agris emptis ab Vlrico dicto Bischof, quos nunc colit Beringerus pincerna, iii mod. tritici. (19. Febr. 25. Brach.)

Item de agro dicti Gluris, quem nunc colit H. dictus Bischof, 1 mod. tritici. (11. Januar, 23. Octob.)

Item de agro ze dem Eichholtz, quem nunc colit Katherina de Ramikon ii sol. den. (30. Augst.)

Item VIII sol. den. de bono quondam Hessonis, prepositi Werdensis, quam nunc possidet Dominus Bertholdus de Wessenberg. (2. Wint.)

Item XXX sol. den. de prato apud vivarium, quod nunc colit Dominus Prepositus. (24. Juli u. 19. Herbst.)

Item IV sol. de agris apud Hern Cuonen Buochholtz, quos nunc possidet Dominus Volricus de Rinach. (20. April.)

Item de agris an dem Bruele, Berhta dicta Aserra iii sol. cum IV den.

Item Volricus dictus Knütschi iii sol. cum IV den. Item Domina de Boswil iii sol. cum IV den. Item liberi Petri dicti Gluris iii sol. cum IV den. Item Beli Schorpina ii sol. cum IV den. Item villica de Küttingen ii sol. cum IV den. (5. Wint.)

Item vna libra den. de bono et orto quondam Adelheid de Winon, quod nunc possidet Dominus Johannes de Ravensburg, canonicus ecclesie Beronensis (25. Febr.)

Item X sol. de domo extra muros, quam nunc possidet domina de Beinwil. (18. Christ.)

Item XII sol. de Cellario et porticu prope fontem, que nunc possidet dictus himelrich (31. Jänner).

Item V mod. spelte de agris, quos nunc colit Rudgerus de Hentschikon. (22. Nov.)

Item Hermannus de Obernkilch de area, quam inhabitat XXII den. et i pullum. Item Dominus Dietricus de Huobon de area XVIII den. et i pullum. (16. Heum.)

*Item Volricus de Ruoda i maltrum avene de agris in der Kalcherrun. *Item idem VI quartalia tritici, que dantur ad anniversarium uxoris sue. (3. Christ.)

*Item de area et pomerio Marquardi de Rinach dantur iii mod. tritici et VII sol. den. (28. Mai.)

*Item de prato ze dem mittlostem wege, empto a Gerungo de Altwis VII quartalia tritici. (14. April.) Dictum pratum colit nunc R. Haberkorn. Fidejussor H. pater ejus.

*Item Johannes filius Ite de Altwis iii quartalia tritici de bono sito in medio ville Beronensis an dien Schalun. (15. Sept.)

Item in Hergensberg. Item Relicta Heinrico de Köllikon i malt. spelte et avene. (23. März.)

Item de bono dicto Gretun gütli V sol, quod nunc colit Volricus de Niderwile. Item de bono dicto Knihtlisguot V sol. quod nunc colunt Volricus de Schenkon et Arnoldus Zender.

Item in Ludingen de advocatia X sol. den. (23. Heum.)

Item in Richartzwile de bono dicto des heiden guot, quod nunc colit H. Lieber XVIII quart. spelte, i maltrum avene et X sol. den. cum VI den. (30. Weinm.)

Item in Nunwile de bono dicto Schongouwers, quod nunc colit Burchardus Nevo (* Walt. filius ejusdem), iiii modios spelte et avene. (17. Heum.)

*Item in Vrswile bonum, quod colit Ita filia Johannis fabri reddit praeter census camere i maltrum spelte et avene. Debitor Burchardus Zouger. Fidejussores Jo faber et H. Zouger. (3. Christ.)

Item in Baldegge de bono empto a Rudolfo dicto Küntzler „quod dicitur des Rinbrentine guet“ XV quartalia spelte et avene.

*Rudolfus Sallzmann minor colit hunc bonum. *Fidejussor R. pater suus. (19. Wint.)

Item in Hochdorf de bono Mechthildis de Zuge, quod nunc colit Wernherus Thiriant iiii maltra spelte et avene. Item idem Wernherus i modium tritici de curti, quam possidet. (1. Brach.)

Item de bono dicto de Eschibach, quod nunc colit Ar. Weibel de urswil iiii maltra spelte et avene. (28. März.)

Item de bono, quod nunc colit Volricus dictus Moro IV sol. den. (28. Octob.)

*Item in Ebersol huoba reddens preter censu cellarii IX maltra spelte et avene, de quo Jo. Staler dat VI maltra. Item R. Sutoris ii maltra. Fidejussores pro censu et cultura H. am Buel, de Nidern ebersol, Waltherus de Haltinkon de Gibelflue et R. Vrio de Beinwile. (14. Heum., 30. März, 22. Sept.)

Item in Elmengrin vna huoba, que reddit iii maltra spelte et ii maltra avene et VIII sol. den. De predicta huoba colit Arnoldus de Elmengrin colit iii scoposas et H. Hesso colit quartam scoposam.¹⁾ Item ibidem vna scoposa, quam nunc colit H. Hesso predictus, reddens VI mod. spelte et avene. (11. Jänner.)

Item ibidem due scopose, quas nunc colit C. de Elmengrin reddentes i malt. spelte et ii maltra avene. (15. Sept.)

*Item ibidem de bono empto a liberis Wernheri de Henschinkon quod colit C. predictus, i maltrum spelte et avene. (7. April.)

*Item ibidem de bono empto a H. et C. filiis quondam domini H. de Sursee VI mod. spelte et avene. Hoc bonum colit R. Hesso. Fidejussor H. Hesso. (16. Heum.)

Item in Nüdorf que nunc colit C. de Thannon (*Jo dictus Gelwo) ii maltra spelte et avene. (27. Febr.) *Fidejussores Vol. de Thannun et Joh. vor Thore. *Item vna scoposa in Nudorf reddens VI mod. spelte, i maltrum avene, ii pullos autumpnales et ii pullos in carnisprivio cum XXX ovis, quam colit Joh. in Winkel. Fidejussor Joh. Hemman. (10. Sept.)

Item ibidem de bono, quod nunc colit Johannes filius Hugonis VI modios spelte et avene. (23. April.)

Item ibidem de bono in dem Winkele, quod nunc colit Waltherus de Elmengrin, VI mod. spelte. (1. Augst.)

Item ibidem de bono, quod nunc colit Johannes in der Tölschon (* Volricus Samo) ii maltra spelte et avene. *Fidejussores H. dictus Mülner et P. sutor. (14. März.)

Item ibidem de bono dicto Sunnentags guot, quod nunc colit Arnoldus de Dyekistal *Welti de Elmeringen, IV sol. den. (7. Brach.)

*Item ibidem de bono, quod colit Johannes W . . . IX quartalia spelte et IX quartalia avene. (13. Oct.)

¹⁾ Aus dieser und vielen folgenden Stellen ergibt sich klar, daß eine Hube aus vier Schupoßen besteht.

Item ibidem de bono, quod colit Johannes Hugonis, VI mod. spelte et avene. (14. Mai.)

Item in Wile de bono, quod nunc colit Arnoldus de wile, pistor iii maltra spelte et avene. (5. Brach.)

Item in Wile de bono, quod nunc colit H. dictus Lichti ii maltra spelte et avene. *Fidejussor, Volricus sororius suus. (3. April).

Item ibidem de agris, quos nunc colit H. Georii de Ar-mense iii quartalia spelte. (21. Feb.)

Item de bonis, que nunc colit Hugo predictus XVIII quartalia spelte et i maltrum avene. Item de agro ejusdem boni Ar. de Wile VI quartalia spelte et i modium avene. (1. Jänner).

Item in Blasenberga de bonis, que nunc colit dicta Sagerra VI maltra spelte et avene (3. 26. Jänner, 14. März, 6. Juni, 31. Heum. und 11. Decemb.)

Item in Huobon liberi Volrici de Schönouwe XX sol. den. de Huoba, quam colunt. (23. Heum.)

Item in Huobon liberi quondam Johannis de Huobon X sol. den. de Advocatia ibidem. (7. Brachm.)

Item an der Obern Huoba de scoposa, quam colit Johannes ibidem VI modios spelte et i maltrum avene. (27. Mai.)

Item in Hiltprehtingen de tribus scoposis, quarum duas colit Vol. im Gerüte, tertiam colit Joh. de Walde, dictus Krimbuch XV mod. spelte et XV mod. avene, et i pullum in carnis privio et ii pullos in auctumno et LX ova. (3. Mai.)

Item in Bossenzimbern prope Sempach de agris, quos nunc possidet Johannes hinder der kilchen de Sempach et Volricus de Aleswand et vxor Rudolphi de Omendingen et Arnoldus Zender de Mettenwile VI sol. den. (5. Dec.)

Item in Eiche de bono, quod nunc colit p. am Hove de Eiche DC pisces fumatos.

Item in dem Gerüte prope Walde de bonis, que nunc colit Wernh. filius Heinrici VI maltra spelte et avene. *Fidejussores R. patruus suus et H. filius Ar. uss dem Gerüte. (6. April.)

Item in Zopffenberg de bono, quod nunc colit P. dictus Michel ii maltera spelte et avene. *Fidejussor pro toto: Volricus de Thannon. (29. Nov.)

Item in Stapphon de bonis, quod colit R. Krumbach IV maltra spelte et avene et IV sol. den. *Fidejussor Jo. Wetlich de Menzikon. (27. Jänner.)

Item in Dyepollzwile de bono, quod nunc possidet H. de Engelwartingen XVII sol. den. (5. Heum.)

Item in Sygeboldingen de bono, quod nunc colit Berhta de Emmonwalt VI mod. spelte et avene.* Fidejussor Waltherus de Emmonwald. (8. März.)

Item in Sygerswil de bono, quod nunc possidet Vol. de Zinzerswil . . . VIII sol. den. *Hermannus de Schenkon colit, bonum medium. (3. April.)

Item in Wernningen de bonis, que nunc colit Volricus zem Türilin XX sol. den. Item ibidem de bono, quod nunc colit Nicolaus dictus Wirri (* Wernherus filius ejus) V sol. den. (13. Sept.)

* Item de duabus scoposis sitis zem hofe prope Surse, plebanus de Surse, qui pro tempore erit XI modios spelte et VII mod. avene. (2. Heum.)

Item in Huprechtlingen de bono, quod colit Volricus an dem Buele iii modios spelte. (5. Feb.)

Item in Eye de bono dicto Isenmans guot, quod nunc colit Wernherns Videlss iii maltra spelte et avene et XIII sol. den. (14. Mai).

* Fidejussores Volricus filius Wernheri de Irflinkon et R. Elsinun.

Item ibidem de scoposa Holzzachs ii maltra spelte et avene et VIII sol. den. cum ii den. Istam scoposam colit H. de Irflinkon

Item Volricus des Eggerswil i sol den. de parte scopose predicte. (19. Mai.)

Item ibidem VI quartalia tritici de bono de Kussnach. Colunt Volricus de Irflinkon, Conradus (?) et Wernh. fratres de Irflinkon. (20. März.)

Item in Vffinkon de bono, quod nunc colit Volricus des herren i maltrum avene. (16. Feb.)

Item ibidem de bono dicto Lapen guet, quod nunc colit Elli uxor Johannis Guldیمان, VI mod. spelte et i maltrum avene.

* Fidejussores Johannes Guldیمان, C. Guldیمان et Johannes Chuoner. (20. Augst.)

Item in Tagemarsellen de bono, quod nunc colit Vol. dictus Knello de Nebinkon IV maltra spelte et i maltrum avene mesure Zovingensis. * Fidejussores C. Vorster, Walter Knello de Nebinkon et Walter ab Buttenberg. (10. März.)

Item ibidem de bono, quod colit Volricus dictus Bletzli V mod. spelte et i maltrum avene Zovingensis mesure. (19 Dez.)

Item in Langenouwe de prato, quod colit Ita dicta Winkillera i modium tritici. * Fidejussor: C. Vorster. (10. März.)

Item ibidem C. ze Obrost VIII sol. den. de prato dicto Mosematte. (30. Augst.)

* Item in Linegge de bono, quod colit H. Mitloste IX sol. den. (27. Jänner.)

Item in Reitenouwe de bono dicto Mangoltzguot, quod nunc colit Jacobus Hetlinger IV mod. tritici. (12. Sept.)

Item ibidem de bono, quod colit Greta dicta Hertzogina, IV mod. tritici. * Fidejussor Jacobus dictus Hertzog. (15. Octob.)

Item Johannes de Nüdorf et H. de Ketzigen VI quartali tritaici de prato am Rügibuele. (31. Jänner.)

Item in Winninkon de prato quod nunc colit Johannes de Nüdorf et H. de Ketzigen IV quartalia tritici. (31. Jänner.)

Item de bonis in Winninkon iii lib. den. De istis censibus Berhta de Lengnowa VI sol. cum IV den. Item Ita de Walaburg VI sol. cum IV den. de bonis Nevinun. Item C. filius C. de Walaburg VI sol. cum IV den.

Item Hemma Koufmannin X sol. minus tribus den. Item Anna de Burron III sol. den. Item Rudolfus Koufman X den. Fidejussores R. filius Johannis molitoris, Johannes molitor de Winninkon, Dominus P. de Bürrun et Arnoldus Sutor de Bürrun.

Item in Attenwile de bono, quod nunc colit R. de Steinbach. (17. Heum.) Fidejussor Wernerus Walcher.

Item in Columbrowe de bono, quod colit Hesso Vrtcher (* Metzi Orten relicta Hessonis Vrtchers) ii maltra spelte et avene. * Fidejussores pro censu et cultura Burchardus zer Kilchen et Volricus Nukomno. Item ibidem de bono, quod colit C. dictus Vrtcher (* Vol. Nukommo) ii maltra spelte et avene. * Fidejussor Wernerus Nukommo-filius. (22. Weinm.)

Item in Goewinse de bono, quod nunc colit H. filius Volrici an de Mattun iii maltra spelte et avene et iii sol. den. et i pullum. (16. Jänner.)

Dantur ad anniversarium Volrici de Herwig, deductis primo VIII den. pro ecclesia in Lerouwe. (16. Jänner und 17. Sept.)

Item in Huprechtlingen de bono, quod nunc colit Volricus an dem Buele iii mod. spelte. (5. Febr.) (dieß Jar unterzeichnet auf fol. 6 oben.)

Item in Nidren Slierbach de bono, quod colit Volricus in der Schüra V mod. spelte et avene. * Fidejussor Arnoldus im hove. (23. Feb.)

Item ibidem de bono, quod colit C. de Krumbach (* Johannes filius ejus) ii maltra spelte et avene. (28. Febr. und 28. Mai.)

Item in Krumbach de bono, quod colit Arnoldus Sutor iii mod. tritici. (28. Christm.)

Item in Wetzwil de bono, quod colit Ruodolfus de Wetzwil ii maltra spelte et i maltrum avene. (1. Febr.)

* Item in Mulwile pomarium cum agris attinentibus, reddit VIII quartalia spelte et avene.

Item zem Wile apud Saffaton de scoposa quam nunc colit Johannes de Saffaton ii maltra spelte et avene et vnum pullum in carnis privio et ii pullos in auctumno. (19. Sept.)

Item in Guntzwile de scoposa, quam nunc colit Wernerus de Kagiswile ii maltra spelte et avene mesure Curie et IV sol. den. (16. Augst.)

Item ibidem de scoposa, quam colit C. dictus Hecht ii maltra spelte et avene mesure Curie. (21. April.)

Item ibidem de scoposa quam colit Arnoldus filius H. de Wile V mod. spelte et V mod. avene et pullos bis in anno et XXX ova. (28. Wint.)

* Item ibidem de duabus scoposis, quam colit Volricus Stoupher, IV maltra spelte et avene mesure curialis. (17. Mai.)

* Fidejussores C. Hecht et C. de Rinach de Esche.

* Item ibidem de duabus scoposis, quas colit Johannes de Vrswil VIII maltra spelte et avene curialis mesure. (25. Brachm.)

Item in Emmoette de curia ibidem, quam nunc colit Nicolaus dictus Zimberman iii maltra spelte et iii maltra avene et XXII sol. den. et vnum pullum. (17. April.)

Item in Adils-wile de bono, quod colit Arnoldus ze Obrost, ii maltra spelte et avene mesure curie et i porcus valens V sol. den. (11. Augst.)

Item ibidem de bono ime Winchle, quod nunc colit Burchardus dictus Strebli, ii maltra spelte et avene. (15. Christ.)

Item ibidem de bono, quod colit Johannes Institor, iii modii spelte et avene. Item ibidem de bono Ite de Eiche, quam nunc colit Arnoldus ze Obrost iii mod. spelte et avene. (2. Christ.)

Item in Adilswile de bono, quod colit H. in der Gassun (* C. filius ejus) i maltrum spelte et avene. Item ibidem de bono, quod colit Jo. in der Gassun, i maltrum spelte et avene. (14. Febr.)

Item ibidem de bono dicto Walas guot, quod nunc colit Johannes in der Gassun predictus i maltrum spelte et avene.

* Item in Witwile bonum reddens preter census camere ii mod. spelte et avene. Dictum bonum colit C. ibidem. (22. Sept.)

Item in Schwarzebach de scoposa, quam nunc colit H. dictus Fischeli ii maltra spelte et avene. Item de scoposa, quam nunc colit Volricus de Armense ii maltra spelte et avene. Item de Scoposa, quam colit Waltherus Sacrista

(* hemma ejus filia) ii maltra spelte et aven. Item de scoposa, quam colit Relicta Waltheri dicti Jacobinun ii maltra spelte et avene. * Fidejussores Vol. Huober de Armense et H. Vischli. (23. Febr., 31. Mai, 25. Juli, 3. Oct.) Precedentes scopose reddunt singule XXX ova, et i pullum in carnisprivio et ii pullos in auctumno.

* Item de bono, quod colit dictus Thuvelli iii quartalia tritici. (19. Oct.)

Item in Armensee de bono quod colit H. ze Nidrost X mod. tritici et iii maltra avene. Item ibidem de bono, quod colit Elsa filia Georgii IV mod. tritici et IV mod. avene. (1. Febr., 10. März, 24. März, 11. und 25. April, 1. und 14. Augst., 7. Sept.)

Item in Armense de bono, quod colit Wernherus dictus Endevelt V quartalia tritici. (28. Oct.)

Item in Armense de bono, dicto Tuvellis guot, Prebendarius Capelle Scti. Galli VI quartalia tritici. (23. Christ.)

Item ibidem de bono dicto Spilmansguot H. villicus i mod. tritici. (30. Wein.)

Item in Armense de bono Spilmans . . . dictus Guotjar i mod. tritici. Item ibidem de bono dicto Holdacher H. Huober i mod. tritici. (26. Wein.)

* Item in Armense de bono quondam Burchardi dicti Huober, quod nunc colit Petrus dictus Huober X sol. den.

* Item de parte boni prescripti, quam nunc colit Volricus dictus Thuvelli X sol. den. (17. Mai.)

* Item in Gelvingen vna scoposa, quam colit Burchardus Vischer, que reddit annuatim IX quartalia tritici, iii modios spelte, iii modios avene mesure Thuricensis, iii sol. den. II pullos autumpnales et vnum carnisprivalem et XXX ova. 5. April.

Item in Liele de bono, quod nunc colit Welti im Hove III modios tritici et ii modios avene. (15. April) * Fidejussores pro censu et cultura Arnoldus am Buele et H. Nüdorf de Berona.

Item in Esche de predio, quod colit Jecli dictus Schedi ii sol. den. (3. Jänner.)

Item in Schongouw de bono dicto Graggenguot, Voli Meder de Esche iii mod. tritici. * Fidejussores Erni de Wile et Welti Böblinkon de Esche. (9. Mai.)

Item ibidem de bono, quod colit Ruodolfus imme Eichholtz i mod. tritici. (3. Wint.)

Item ibidem de bono quod colit Berchtholdus de Betwil V quartalia tritici, qui dantur Canonicis in Conversione Scti. Pauli. Item ibidem de bono, quod colit Burch. de Werwil i mod. tritici. Item ibidem de bono, quod colit Vol. filius R. sutoris ii quartalia tritici. Item de bono quod colit Berchtoldus de Betwile ii quartalia tritici. Item de bono, quod colit Hemma dicta Heftleistina iii quartalia tritici et vnus sol. den. Item ibidem de bono quod colit R. ze Obrost de Betwile, i quartalia tritici. (24. Christ.)

* Item ibidem de bono Hedwigis de Nüdorf R. dictus Kindler (* Johannes ejus filius) II quartalia tritici. (19. Brach.)

* Item ibidem de duabus scoposis emptis a Volmaro de Fonte, quas colit Berchtholdus de Betwile iii modios tritici et pullos et ova. (19. Heum.)

* Item in Rüdinkon bonum reddens X quartalia spelte et avene, quod colit Burchardus de Sempach. Fidejussor Arnoldus de Nudorf. (22. Sept.)

Item in Bütwile apud Schongau de novalibus an der Strithalden que nunc colit H. dictus Zuricher VI quartalia tritici et i quartale fabarum. (1. Brach.)

Item in Varenwanch de bono, quod colit R. Retich i mod. tritici. (19. Mai.)

Item in Hilfinkon de bono, quod colit H Heglinger XIV quartalia tritici. (23. Augst.)

Item in Sengen de bono, quod colit Waltherus Nevo iii maltra spelte et ii maltra avene. (1. Febr., 27. März.)

Item in Sengen de bono, quod colit Johannes Gretun (* R. filius ejusdem) iii mod. tritici. Fidejussor h. Jgler. (19. Wint.)

Item ibidem de bono, quod colit R. filius Jacobi et Vol. filius Wilhelmi in der Burg V mod. tritici. (15. Jänner.)

Item in Sengen de bono, quod colit Arnoldus dictus wirt IV mod. tritici. (3. Wint.)

Item in Sengen de bono, quod colit H. dictus Nevo, VI modios tritici (27. Heum.) * Dabit XXX sol. ze hindersatz. Fidejussores pro censu et cultura Hartmannus de Huntzliswile et R. de Rubiswile.

Item in Hallwile de scoposa quam colit dictus Thischli XV quartalia tritici, i quartale pisorum et j quartalia fabarum. Item de scoposa, quam colit Thischli XI quartale tritici, i malterum avene, i quartale pisorum et i quartale fabarum. (23. April, 3. Brach.)

Item in Lütwile de bono quod colit R. de Sengen IV. modii tritici * Item ibidem ii maltra avene, que dantur prebendario Sancte Katherine, qui pro tempore fuerit. (24. Mai, 24. Wint.)

Item in Beinwile de scoposa, quam colit Richi filia R. magistri Petri ii modios tritici, iii modios avene et iii sol. den. * Fidejussores Wernherns Stalder et Volricus villicus ibidem (28. Jänner.)

* Item ibidem de Scoposa, quam colit R. Villicus IX quartalia tritici iii modios avene et iii sol. (16. Horn.) Nunc sol. den. datur ad capellam Scti. Galli pro censu hereditario.)

Item in Rinach de bono, quod colit Hedwigis dicta Goltvindina V. quartalia tritici. Item ibidem de bono, quod colit Ita de Hochdorf ii modios spelte. * Fidejussores Johannes de Nüdorf et H. Reber. (17. März.)

Item in Rinach de bono in der Mettungüphun, quod nunc colunt Bur. et Ar. in der Güphun ii modii tritici. (31. Jänner.)

Item in Phephinkon de bono, quod colit Wernherus villicus IX modios spelte et IX modios avene. (24. März und 1. Febr.)

* Item ibidem de bono, quod colit Jacobus dictus Gravo i modium tritici iii modios avene et VII sol. den,

* Item de bono, quod colit Jo. zem Geishuse XII sol. den. (1. Febr.)

Item ibidem de bono, quod colit Lüpi a dem Berge et . . Surmanina VI modios spelte et ii maltra avene. (27. Nov.)

* Fidejussores Johannes a dem Berge et Hartmannus Stucko.

* Item ibidem de bono empto a Hermanno de Obernkilch, quod colit H. Beringer. Fidejussor Gerungus villicus. (19. Heu.)

* Item de bono, quod colit Lüpi Gravo IV maltra spelte et avene et iii sol. den. (2. Mai).

Item in Gundoltzwile sive ze dem Geishuse, de bono quod colit H. in dem Bache (* Ita in dem Bache) iii modios tritici et IX sol. den. et pullos bis in anno et XXX ova. Item ibidem de bono, quod colit Volricus ze dem Geishuse IX quartalia tritici. (20. Sept., 8. Christ.) Vnus vero solidus den. datur ecclesie in Phephinkon. * Fidejussores Hart. zem Geishuse et Joh. Brunwart.

Item in Gundoltzwile in loco qui dicitur in dem Wile, quod colit Hemma uxor Waltheri im Wile VII quartalia tritici. (28. Wint.)

Item de bonis, que colit Metzi relicta Volrici villici VI modios tritici. * Fidejussores Joh. Hentzen, Welti Peters, et Joh. de Leimbach.

Item de bono, quod colit Hentze dictus Wirt (* Johannes filius ejus) VII quartalia tritici et i modus avene. * Fidejussores Voli Meiger et R. villicus de Beinwile. Item de bono, quod colit Relicta Petri dicti Wirts VI quartalia tritici et i modus avene. Item de bono, quod colit H. de Lerowa, iii modios tritici et ii modios avene. Item ibidem de bono dicto Langenöwe, quod nunc colit Willi uxor h. de Lerouwa iii quartalia tritici. * Fidejussores Volricus Blancho et H. prædictus. (28. und 30. Jänner, 14., 18. und 26. April, 3. Mai, 1. Heu. 18. Febr.)

Item in Gundoltzwile de scoposa empto a Walthero Rogen, quod colit Geri Martis X quartalia tritici, ii modios

avene et V sol. den. et pullos bis in anno et XXX ova (16. März). * Fidejussor, C. Schnofer. vir ejus.

Item in Zetzwile de scoposa quam colit dictus Vuchs, XIII quartalia spelte, XIV quartalia avene et pullos bis in anno et XXX ova. Item idem VI quartalia tritici de bono im Wingarten. Item ibidem de bono, quod colit Arnoldus dictus Hechler XIV quartalia spelte, XIV quartalia avene et pullos bis in anno et XXX ova. Item idem VI quartalia tritici de bono im Wingarten. * Dabit VI sol. pro exagio. Fidejussores pro censu et cultura H. Hechler et H. Volriches. Item ibidem de scoposa, quam colit Waltherus de Seon XIV quartalia spelte et XIV quartalia avene et pullos bis in anno et XXX ova. Item de Scoposa, quam colit Volricus Sutor XIV quartalia spelte, XIV quartalia avene et pullos bis in anno et XXX ova. (22. Heu. 15. Wint.)

Item in Zetzwile de bono quod colit Relicta Wernheri Grabers X quartalia tritici. (4. Wein.) * Fidejussor H. Mülner. (4. Wein.) Dabit XV sol. in exagio.

Item in Zetzwil de bono, quod colit R. dictus Strebel, IX modios spelte. (9. Heu.)

Item in Zetzwil de bono, quod colit H. dictus Biderman ii modios tritici (23. Heu.) * Fidejussores Lüprant et Ar. Lüprandi.

Item in Zetzwil de bono an Heimoltzegga Rudolfus dictus Getzman iii modii spelte et X quartalia avene. * Fidejussores Volricus Getzman et H. pistor de Rinach. Item de eodem bono Johannes Roregger iii modios spelte et V quartalia avene. (2. April.)

Item in Zetzwil de scoposa, quam colit Anna dicta Kesselerra iii modios tritici, ii modios avene et pullos bis in anno. * Dabit XV sol. pro exagio. Fidejussores R. im Schluche et Johannes de Baden. Item de Scoposa quam colit Waltherus de Vilmeringen iii modios tritici, ii modios avene et pullos bis in anno. Item de scoposa, quam colit R. Roregger iii modios tritici ii modios avene et pullos bis in anno. * Fidejussores Joh. Roregger, Jacobus sacrista et C. im Schluche. Item ibidem de scoposa, quam colit C. in dem Sluche, iii modios tritici, ij modios avene et pullos bis in anno. (30. März. 14. Herbst.)

* Item ibidem de duabus scoposis, quas colit Joh. de Ruoda VI modios tritici, i maltrum avene et pullos et ova. (13. April).

* Item de scoposis, quas colit H. dictus Hechler de Zetzwil iii modios tritici et pullos et ova. (17. April).

Item in Kulembe de curia dicta de Wartenfels, quam nunc colit H. filius Jacobi Sacriste VI modios tritici et XXVII sol. den. * Fidejussures Jacobus pater ejus et H. Mülner de Zetzwile, (21. Augst. 18. März.)

Item in Kulembe de bono quod colit Volricus dictus Reding iii mod. tritici (5. April).

Item in Kulembe de bono dicto Habeguot, quod colit Volrichs am eigen ii modios tritici. (29. April). * Fidejussures Rudolfus pater suus et Jacobus Sacrista de Zetzwile.

Item in Kulembe de Decima Domini de Jegistorf XII modios tritici. Precedentes XII modii tritici distribuuntur ad anniversarium et ad memorias Domini Hugonis de Jegisdorf secundum formam in Calendario expressam.

* Item in Kulembe de tribus scoposis, quas colunt Wernerus Rantzo et filius Petri Rantzen VI modios tritici, IV maltra avene et pullos. (11. Mai. 14. Juli.)

Item in Kulembe de scoposa quam colit Volricus dictus des herren (* Joh. filius ejus) iii modios tritici (12. Wint.) * Dabit XV sol. in exagio. Fidejussures R. et Joh. dicti Vogel de Moshein.

* Item in Ouchein vna scoposa reddens V modios tritici et iii pullos, quam colit Welti Weibel. (8. März.)

Item in Grenkon de bono, quod colit R. de Snartwil VI modios tritici et i maltrum avene. Item de bono, quod colit R. in der Ruti XIV quartalia tritici et ii modios avene. Item de bono, quod colit Johannes dictus Swartzo XIV quartalia tritici et ii modios avene. Item de bono, quod colit Berhta filia C. in Niderndorf XI quartalia tritici et i modium avene. Item de bono, quod colit P. Schertleip XI quartalia tritici et i modium avene. Item de bono, quod colit R. Bindo X quartalia tritici et X quartalia avene. Item de bono, quod

colit Petrus dictus Schertleib ii modios tritici et X quartalia avene. Item de bono, quod colit Waltherus am Waseme (* C. de Hiltzkilch) i modium tritici et i modium avene. Item de bono pertinente ad aram sancte Marie, quod nunc colit R. de Snartwil et C. faber de Grenkon ii modios tritici preter census altaris predicti. Summa censuum in Grenkon XXVI modii tritici et quatuor maltra avene.¹⁾ (7. 26. Jänner, 18. Horn., 5. März, 3. 13. 25. April, 24. Mai, 3. Brach., 3. Herbst., 14. 23. 28. Christ.) Item de scoposa quam colit Vol. * Walch X quartalia tritici, VI modios avene, iii pullos et XXX ova. * Fidejussores Joh. et R. dicti Vogele de Moshein. * Item de vna scoposa, quam colunt Hemma de Leimbach et R. de Legbrunnen reddens tantum sicut prior. Item de vna scoposa, quam colunt Rudolfus Huober, Ruedgerus filius Conradi Widmers et Berhta de Wettingen reddens iii modios siliginis, V modios avene, iii pullos et XXX ova. Fidejussor C. pater Ruedgeri Widmers. Item ibidem vna scoposa, quam colit Hemma de Leimbach, reddens tantum sicut prior. Fidejussores Welti Zender de Muchein et Vol. de Sura residens in Grenkon. (17. April, 9. Mai, 16. 28. Herbst., 17. Christ.)

* Item una scoposa, quam colit Rudolfus Zwiko, reddens VI quartalia tritici et ii modios avene et iii pullos et XXX ova. (3. Christ.)

Item in Sura de bonis, que colunt Gerungus et Wernerus fratres in dem hove VI modios siliginis et ii maltra avene. (30. April, 21. Christ.)

Item in Sura de tribus scoposis, quas colit Volricus Sissacher VI modios tritici et VII modios siliginis. (* de quibus dat R. zem brege (sic!) iii modios tritici et V modios siliginis, item H. dictus Huto ii modios tritici et ii modios siliginis. Fidejussores R. Attelwile et C. Widmer de Grenkon.

* Item ibidem de medio jugero sito vor dem Winkelacher et de semi pleno jugero sito vor dem Albuel ii quartalia

¹⁾ Aus dieser Summierung berechnet sich leicht, daß i maltrum = IV modii = XVI quartalia sein muß.

tritici, quos agros colunt Waltherus et R. dicti Stegere
(14. April, 16. Herbst.)

Item in Küttingen de bono quod colunt Johannes et Wernherus, filii quondam Johannis villici XV sol. den. (6. Mai.)

* Item in Lenzburg de agro hinder dem Bolle nebens dem Henfeller et de agro zem Relibrunnen et de agro in dien Lorun empto a Petro de Lö et de agro zen Mörnlineu empto a H. de Walde, der von dem Reine har abe wandot, C. de Snartwile ii modios tritici. Fidejussor R. Simmler an dem Santwege. (7. Aug.)

Item in Mellingen de bonis C. dicti Schönbrod VIII frusta cum dimidio. Item unam vineam. Item vnum Ortum reddent an XVIII den. De predictis redditibus datur dimidium frustum cultori vinee. Item V sol. den. dantur ecclesie de Windesch de bonis predictis. (17. April.)

Item in Kerns de Decima ibidem XXX sol. den. (23. Juli.)

Explicit liber anniversariorum,

* Item in Etselwile de duabus scoposis, quas colunt Arnoldus im hove et Nicolaus filius suus, vterque scilicet vnam scoposam, X modios spelte et X modios avene et iii pullos. Item ibidem de duabus scoposis, quas colit Elli in der Schüra X modios spelte et X modios avene et iii pullos. Fidejussores Arnoldus im hove et Joh. Zimmerman de Niderwile. Dabit XV sol. in exagio. Item de vna scoposa quam colit C. Schiltwalt, i maltrum spelte et i maltrum avene et iii pullos. Fidejussores Burch. et Vol. filii Sutoris de Schongou. (6. Mai, 28. Aug., 2. Hornung.)

* Item ibidem de scoposa, quam colit Richenza de krumbach iii modios spelte, vnum maltrum avene et pullos. Fidejussores C. in der Schüra ibidem et Joh. Zimmerman de Niderwile. (3. Augst.)

* Item in Rickenbach in dem obernrove de scoposa, quam colit C. in dem Obernhove VI modios cum i quartali spelte et pullos et ova. Item ibidem de scoposa, quam colit Volricus am wige (* Greta ejus filia) ii maltra spelte et avene

et pullos et ova. Debitor pro censu et cultura R. Kloter. Fidejussores Burch. Winman et h. Witwiler. (16. Jänner.)

* Item in Rikenbach de bono, quod colit dicta Zuberra IV sol. den. (6. Mai.)

Item in Niderwile de bono, quod colit Johannes Zimmermann XIV quartalia spelte, ii modios avene i pullum et i porcum de V sol. et pullos et ova. Item in Niderwile de bono, quod colit Richi filia C. dicti Lindegger V modios spelte, XVIII quartalia avene et i porcum de V sol. pullos et ova. Debitor h. maritus ejus. (30. April, 16. Heu., 16. Jänner, 27. Mai.)

* Item in Niderwile vnum pratum reddens iii quartalia tritici, quod colit Ar. Vesant. (26. April.)

* Item in villa Nidern Rinach de duabus scoposis, quas colit C. im hove (* Vol. filius ejus) VI modios tritici et pullos et ova. (24. Wint.)

* Item ibidem V sol., qui dantur prebendario Sancti Nicolai, qui pro tempore erit.

* Item in Nidernrinach bonum reddens ii modios spelte, quod colit Volricus dictus Vend. 26. April.

Rotes Jahrzeitbuch. Die Daten in Klammer beziehen sich auf das im Geschichtsfrd. Bd. V, 83—157 abgedruckte Jahrzeitbuch von Bero-Münster. B.

Nr. 360.

c. 1323.

Urbar der Pfründen.

Nachfolgender Rodel, der 21 Chorherrenpfründen, sowie die Pfründen des Scholasticus und der Stiftsofficialen aufführt, gibt für jede derselben ihr Einkommen an Schweinen und Schafen an, zählt dabei eine Reihe von Inhabern dieser Pfründen auf und gibt die Namen der Gutsbesitzer. Schrift und Alter sind die gleichen wie beim liber cellarii des Stiftes. Beide ergänzen einander. Die Namen der später zugefügten Pfründen-Inhaber sind mit * bezeichnet. Bei einigen ist leider der erste Besitzer ausgewischt. —